



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 27. Raimundi Vich, & Sigismundi Gonzagæ Cardinalium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. re Melanchtoni perfacile fuisse vi-
A.C. 1525. detur; quippe Lutherus perfictæ fron-
Ep. Erasm. tis homo, cum præ pudore in extremis
lib. 18. ep. 13. mundi angulis se abscondere debuisset,
l. 19. ep. 41. flagitium suum non modo tueri præsu-
 mebat, sed ceteros quoque Sacerdotes
 ac Monachos ad sui ipsius imitationem
 adhortabatur. Ast Eiusmodi connubia
 calamō suo exagitans Erasmus, qui æ-
 quior, quam novi hi Reformatores, pu-
 rioris Evangelii æstimator fuit, in qua-
 dam sua epistola hæc scripsit. „ O præ-
 „ claros Ecclesiæ Reformatores! vo-
 „ cant se Apostolos, & tamen solemnem
 „ cælibatus possessionem abjiciunt, ut
 „ uxoribus jungantur, cum tamen veri
 „ Apostoli Domini nostri Jesu Christi
 „ juxta omnium Sanctorum Patrum
 „ traditionem relicts uxoribus Cæli-
 „ batum amplexati fuerint, ut unice in
 „ Deo atque Evangelio occupati esse
 „ valerent. „

§. XXVII.

*Raimundi Vich, & Sigismundi Gon-
zagæ Cardinalium obitus.*

Hoc anno die vigesima quinta Julii
 Raimundus Vich Cardinalis Veru-
 lis in monasterio Ordinis Cisterciensis
 extreum diem clausit, ejusque Corpus
 Romam delatum in Ecclesia Sanctæ
 Crucis in Hierusalem conditum est.
 ls

Is erat Valentiæ in Hispania natus, & Sæc. XVI.
postquam in Curia Romana longo ad- A.C. 1526.
modum tempore Protonotarii Aposto-
lici munere functus erat, tandem Ce-
phaledensis Episcopatus in Sicilia Ad-
ministrator est constitutus, cuius tamen
Ecclesiæ regimen consentientibus Pa-
pa, & Ferdinando Arragonum Rege
abdicavit Anno Christi millesimo
quingentesimo vigesimo quinto, sed pau-
lo post Barcinonensi Episcopatu dona-
tus est, Anno autem Domini millesimo
quingentesimo decimo septimo eundem
Leo X. Presbyteris Cardinalibus titulo
S. Marcelli adscripsit.

Itidem hoc anno Mense Octobri Sigismundus Gonzaga Mantuæ vivis erexit, quem Julius II. anno salutis millesimo quingentesimo quinto Cardinalem nominavit. Is primo quidem sæculari militiæ nomen dederat, sibiique maximam nominis sui laudem conciliauerat, cum vero Clericalem militiam profligeretur, meritorum suorum amplitudine haud minorem sibi famam comparavit.

Anno sequenti millesimo quingentesimo vigesimo sexto Oecolampadius Lutheri exemplum fecutus, itidem sacrilegis nuptiis se polluit, ac juvenis cujusdam adolescentis forma fascinatus eandem sibi thori sociam sele-

Sæcul. XVI. git. Ob hoc connubium Erasmus sat
A.C. 1526. jocose Oecolampodium lusit his verbis:
Nuper Oecolampadius duxit uxorem, pueram non inelegantem. Vult opinor affligerre carnem suam. Quidam appellant Lutheranam tragædiam, mihi videtur esse comœdia; semper enim in nuptias exeunt tumultus.

§. XXVIII.

Lutheri epistola ad Electorem Moguntinum de ineundo con-nubio.

Cochl. hoc an. p. 129. & 131. Cum Lutherus quosdam dementiæ suæ socios habere lætaretur, ac quemdam insuper magni nominis Prælatum ad sequendum ipsius exemplum pertrahere cuperet, literas perscripsit ad Albertum Brandenburgicum Moguntiæ, & Magdeburgi Archiepiscopum, eundemque ad relinquendum celibem statum, nec non ad utrumque Archiepiscopatum in profanos Principatus commutandum sollicitavit, *longe maximum*, scripsit Lutherus, *exemplum erit Illusterrima Dominatio vestra, quæ in medio Germaniæ ex maximis capitibus unum quoque existit, hic multos homines tranquillos redderet, atque lucraretur, aliosque Episcopos ad abjiciendum falsum nomen Ecclesiastici status, & amplectendum Matrimonium subse-*